

ANTITHESIS.

Notandi hîc omnis generis Hæretici, imprimis

1. *Sociniani*, qui finitam gloriam Christo tribuunt.
2. *Calviniani*, qui exaltationem Christi de utrâque naturâ dicunt.

ARTICULUS X.

DE

GRATIA.

APHORISMUS.

Gratia in salutis negotiô nil aliud notat, quam actum mi-
 sericordiæ divinæ, quo DEUS propter Christi meritum De gratiâ
DEI.
 omnes homines vult salvos fieri, salutis media omni-
 bus hominibus destinavit, credentes elegit, in tempo-
 re actu omnes vocat, malitiosè non repugnantes &
 meritum Christi sibi applicantes justificat, sanctificat,
 in fide conservat & protegit, peccata pœnitentibus re-
 mittit, perseverantes denique æternum salvat.

EXPLICATIO.

I. Gratia.

1. Non accipitur *in totâ suâ latitudine*, sed *restrictè*. De hominibus aliàs dicitur quoque, quod homines aliis exhibeant gratiam, sed hæc non est hujus loci.
2. Non intelligitur gratia, quæ appellatur *natura*, sed quæ dicitur *medicinæ* seu medicinalis.
3. Non intelligitur gratia *ordinis naturalis*, uti omne beneficium DEI ordinatum ad vitæ temporalis conservationem ita dicitur. Quælia habentur, Actor. XIV, 17. exhibenturque hæc vel ordinariè, vel extraordinariè, ut pluvia Mannæ in desertô. Item miraculosa cibus auditorum Christi. Intelligitur autem gratia ordinis *supernaturalis*, qualis est omne beneficium DEI ordinatum ad vitam æternam.

Za

4. Super-